Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

[Sabbato Sancto]

urn:nbn:de:bsz:31-139978

Visual Library

Ad Magnificat. *Antiphon.*

CUm accepíſſet acêtum, dixit: conſummâtum eſt: & inclináto cápite emîſit ſpíritum.

℣. Chriſtus factus eſt. *Et alia, ùt ſuprà.* 355.

SABBATO SANCTO.

℣. CHriſtus factus eſt pro nobis obédiens uſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltâvit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Pater noſter. *ſecretò Pſalm.* Miſerere mei. 75.

Oratio. Reſpice, quæſumus. *ùt ſuprà ad Horas poſt finem pſalmorum.* 355.

Et ſic dicitur uſque ad Nonam.

Dictis Horis, ùt ſuprà 355. dicitur Miſſa ùt in ordinario: & facta Communione Sacerdotis, ſtatim pro Veſperis dicitur Antiph.

Pſalmus. 116.

Laudate Dóminum omnes Gentes. 70. *& repetitur Antiphona.* Alleluia.

Capitulum, Hymnus, & ℣. non dicuntur.

Ad Magnificat. *Antiph.*

Canticum. Magnificat 68. *cum* Gloria Patri. *&* *repetitur Antiphona*, Veſpere autem Sabbati.

Deinde Sacerdos dicit: Dominus vobiſcum.

Oremus. *Oratio.*

SPíritum nobis, Dómine, tuæ charitâtis infúnde: ut quos Sacraméntis Paſchálibus ſatiáſti, tua fácias pietâte concórdes. Per Dóminum. In unitâte ejúſdem Spíritus ſancti Deus.

Deinde. Dóminus vobíſcum.

poſteà

Poſteà Diaconus dicit: Ite miſſa eſt, allelúia, allelúia.
℟. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Extra Chorum dicto Pater noſter, *&* Ave Maria. *Veſperæ inchoantur abſolutè ab Antiph.* Alleluia. *cum reliquis ùt ſuprà.* 357. *& loco.* Ite miſſa eſt alleluia, alleluia. *dicitur.*

℣. Benedicâmus Dómino, allelúia, allelúia.
℟. Deo grátias, allelúia, alleúlia.

Deinde additur. Pater noſter. *& nihil aliud.*

AD COMPLETORIUM.

Jube Domne. *Lectio brevis.* Fratres ſobrii eſtote.

℣. Adjutorium noſtrum. Pater noſter. *& facta Confeſſione & Abſolutione dicitur.*

℣. Convérte nos Deus.

℣. Deus in adjutórium. Glória Patri. *& ampliùs non dicitur* Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ. *ſed ejus loco deinceps dicitur.* Allelúia.

Deinde ſine Antiph. dicuntur Pſalmi conſueti.

Capitulum. ℣. *& Hymnus non dicuntur.*

Ad nunc dimittis, Antiph. Veſpere autem Sabbati. *ùt ſuprà in Veſperis.* 358.

Oratio. Víſita, quæſumus Dómine. 131.

In fine Antiph. Regina cœli. *ùt in pſalterio.* 136.

Et non flectuntur genua toto tempore Paſchali.